

TOT EN AGIOIS PATROS HMΩN

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠ. ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠ.  
ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ  
ΤΑ ΕΤΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI  
ARCHIEPISCOPI  
CONSTANTINOPOLITANI  
OPERA OMNIA

QUÆ EXSTANT.


VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

*Ad Mss. Codices Gallic. Variæ. Anglic. Germanicosque; necnon ad Savil. & Fronton. Editiones castigata, innumeris aucta: nova Interpretatione ubi opus erat, Præfationibus, Monitis, Notis, variis Lectionibus illustrata, nova S. Doctoris vita, Appendicibus, Onomastico & copiosissimis Indicibus locupletata.*

*Opera & studio D. BERNARDI DE MONTFAUCON, Monachi Ordinis S. Benedicti & Congregatione S. Mauri, operam ferentibus aliis ex eodem Sodalitio Monachis.*

*Editio prima Veneta accuratior ac nitidior, cui accedit emendationum Elenchus.*

TOMUS TERTIUS.



VENETIIS. M. DCC. XXXIV.

Ex Typographia JOANNIS BAPTISTÆ REGOZZA,  
Sub Signo S. Joannis de Deo, in Vico S. Leonis.

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO EXCELLENTISSIMI SENATUS.



# P R Æ F A T I O

## IN TERTIUM TOMUM OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI.

**E**A fuit instituti nostri ratio in hac paranda S. Joannis Chryso-  
stomi operum editione, ut opuscula primum omnia, cujusvis ge-  
neris essent, in tribus tomis prioribus locaremus, in sequenti-  
bus vero commentaria in novum & vetus Testamentum. Opuscula por-  
ro omnia in quinque classes distribuimus. Prima classis complectitur ea  
opera, quæ ob varietatem argumenti non possunt uno titulo com-  
prehendi, sed secundum temporis ordinem, quoad ejus fieri potest,  
locantur. Secunda classis e concionum panegyricarum de Domino  
N. J. Christo & de Sanctis. Hæc duas priores classes primus &  
secundus tomus complectuntur. Tertia classis est Homiliarum, quæ  
ex diversis scripturæ locis argumentum mutuantur, quæ Homiliæ  
primam hujusce tertii tomi partem occupant. Quarta classis, opus-  
culorum ad motus Constantinopolitanos & ad utrumque S. Joannis  
Chrysostomi exilium pertinentium. Quinta classis est Epistolarum om-  
nium. Tres igitur posteriores classes in hoc tertio tomo continentur,  
quibus subjiciuntur pauca quædam, & spuria denique multa. De il-  
lis omnibus hic quædam præmittenda sunt.

### § I.

*De Homiliis quæ ex diversis scripturæ locis argumentum mutuantur.*

Ordinur ergo ab Homiliis in loca quædam novi Testamenti, qua-  
rum quatuor priores totidem Evangelicas sententias explicant. Octo autem  
sequentes quæ una serie & continenter habitæ sunt, misere distractæ &  
dispersæ erant in editionibus Saviliana & Frontoniana: quod cave sis incur-  
ria seu negligentia Savilii aut Frontonis Ducæi adscribas. Illi enim nullam  
non diligentiam adhibebant, non modo ut omnia Chrysostomi opuscula ex  
omnibus orbis Christiani partibus colligerent, sed etiam ut quæque suo or-  
dine ponerent. Verum quia jam prælo datis multis operibus, alia confertim  
undique accedebant, hæc postremo advecta plerumque ut fors ferebat loca-  
bant. Quanto autem lectoris dispendio, hæc sic distracta ac propemodum dis-  
sipata ederentur, statim animadvertet quisquis earum lectionem continenter  
peraget. Nam plerumque accidit ut in sequenti tantum prioris argumentum  
compleatur: tantamque alioquin omnes habent inter se affinitatem, ut non-  
nisi præcedenti lecta sequentem plane intelligere possis.

Ex hisce autem octo Homiliis, quatuor priores sunt in principium, sive  
in titulum libri Actuum. In hoc tamen argumentum quinque una serie  
conciones habuerat, ut non semel testificatur Joannes noster: sed secun-  
da, in qua quærebatur quis esset auctor libri Actuum Apostolorum,



Joannes Chrysol. in caelum noctu deportatus, & modo deceditur.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ  
**ΙΩΑΝΝΟΥ** **JOANNIS**  
 Αρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως  
**ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ.** **CHRYSOSTOMI**  
 Archiepiscopi Constantinopolitani.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΡΑΒΟΛΗΝ ΤΟΥ ΤΑΛΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΔΡΑΧΜΗΣ  
 μίσην τάλαντα ὀφειλόντος, ἢ τὴν ἑκατὴν δραχμὴν ἀπαιτούντος, ἢ ὅτι πικρὸς ἁμαρτήματος τὸ μυστικαῖον χεῖρ.

IN PARABOLA M DE CE MI  
 millium talentorum debitoris, & centum denarios exigentis, & quod omni peccato deterior sit injuriarum recordatio.



**Q**Σ ὡς μακρὸς ἀποδημιᾶς ἐπαρθεὶς πρὸς ὑμᾶς, οὕτω εὐίσκουμαι ἡμῶν· τὴν γὰρ φιλοφροσύνην, ὅταν μὴ διώκονται συγγενέσθαι πρὸς φιλοφροσύνην, οὐδὲν ὄφελός ἐστι πρὸς ταπεινίας. ἐὰν τοι τῶν ἡμεῶν εὐδαιμονίας, ἢ ἀποδημιᾶς ἴδῃς ἀμείνων διακρίματα, ἐπειδὴ τὸ παρελθόντα χρόνον διελθόντα πρὸς ὑμᾶς ἐκ ἐχέλασθαι. ἀλλὰ σήμερον, οὐδὲ γὰρ βαθυφροσύνης, ἀλλὰ εὐφροσύνης ἐστὶν ἡ στή. ὑμεῖς μὲν οὖν χεῖρα τῶν, ἐπειδὴ πρὸς ἀφροσύνης ἀποδημιᾶς ἐγὼ δὲ χεῖρα, ἐπειδὴ τῶν ἡμετέρων ἀπέλαβον ἀγάθων. ἐπεὶ καὶ ὑμεῖς καὶ ἡμεῖς, ὡς ἴσθηται μοι χαλεπώτερον ἐστὶν ἢ μὴ διδάσθαι τῷ ἀγαθῷ τῶν μετ᾿ ἡμῶν σπουδαίου· καὶ τῶν ἐπειδὴ τῶν ἀφροσύνης ἀποδημιᾶς, ὡς ἀφροσύνης μοι ποθεινότερον γέγονε τὸ μὴ εὐφροσύνης ἔχειν ἀποδημιᾶς ἐστὶν τῷ ἀγαθῷ. ἢ δὲ γὰρ ἡμεῖς σφραγίσαι σώματος φέρει καταχρῆσθαι εὐφροσύνης τῶν σφραγίσαι, ὡς τῶν ἡμετέρων φερεῖ τὸ κεχρησθῆναι τῶν φερεῖσθαι· καὶ ἀποδημιᾶς ἑκάστοις φερεῖσθαι καὶ ποθεινότερον τῶν φερεῖσθαι ἐπιφροσύνης, ἢ τῶν ἡμετέρων φερεῖσθαι τῶν φερεῖσθαι. ἵνα τῶν μετ᾿ ἡμῶν ὄσοι οὐδὲν εὐδαιμονίας, φερεῖσθαι οὐ, ἐπειδὴ τῶν ἀφροσύνης ἀπο-



**Q**UASI ex longinqua peregrinatione ad vos reverfus essem, ita me hodie affectum sentio: cum enim nullum amicorum confortium esse potest, nihil commodi affert eorum praesentia. Quamobrem nos qui domi versabamur peregre versantibus nihilo hac in parte feliciores sumus: nimirum qui superiore tempore nulla vobiscum colloquia habere potuimus: sed danda est venia, cum illud non inertia, sed infirmitatis silentium fuerit. Gratulamini igitur me ab ea infirmitate convalescere, ego vero gaudeo, quod vos carissimos mihi recuperavi. Erat mihi inter agrosandum ipso morbo gravius quod hujus dilecti coetus participes esse non poteram: nunc vero restituta valetudine, ipsa sanitas mihi optabilis est, quod vestrae caritatis delicias perfrui secure liceat. Non enim febris tantum aedorem invenit febricitantium corporibus, quantum animis nostris amicorum absentium desiderium: & ut illi phialas & pocula, & frigidus fontes, ita illi amicorum vultus exoptant. Nonne illi qui amare consueverunt. Age igitur

Cum e morbo convalescit hunc secum habuit.

a Collata cum Codice Regio 1967. & cum Colindiano 244. Tom. III.

b Reg. 76. v. 10. A